HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. GLOSSARIUM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI
2. Hälfte 12. Jh. Seite 14r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36558
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



generans et fulmina. Cuius sinister chorus qui et argestes. in
oriente nubila in india faciens serena. Extra hos sunt.
duo uenti. aura et altanus. aura in terra. altanus in pelago.
Venti suo spiramine aquas in aera trahunt. que conglo De ventis.
bate in nubes densantur. Dicuntur autem nubes. quasi nim
borum naues. Quibus dum uenti inclusi erumpere nituntur. magno
murmure concrepant. et nubibus collisis ignem terribilem ex
cutiunt. Crepitus ergo nubium et uentorum est tonitruus. ignis De Tonitruo
excussus est fulgur. Qui ignis ideo queque penetrat que tan
git. quia et nostro est subtilior. et magna uentorum ui in pellitur. Ab
aquilone fulgur. et ab euro tonitruus tempestatem et ab
austro flatus estum protendit. Arcus in aere. quadricolor De yri
ex sole et nubibus formatur. dum radius solis. caue nubi in mis
sus repulsa acie in solem refringitur. sicut dum sol in uas aqua
plenum fulget. splendor in tecto redditur. De celo igneum.
de aqua purpureum de aere iacinctinum. de terra trahit colorem
gramineum. Ymber ex nubibus descendit. Dum enim guttu De pluuia
le in maiores guttas coeunt. aeris amplius naturam non
ferentem. nec uento in pellente. nec sole dissoluente ad
terras dilabuntur. Lenta autem et iugis de fluxio pluuia. repen
tina et preceps nimbus uel imber uocatur. Que licet de amaris
aquis maris sit hausta de solis igne in aere. decocta
dulcescit. ut marina aqua humo infusa dulcem sa
porem sumit. Stille pluuie uentis et frigore congla De Grandine
tiate in aere coagulantur. et in lapillos grandinis mu
tantur. Nix aquarum uapore nec dum densato in gut De Niue
tas sed gelu preripiente formatur. que in alto mari non ca
dit. Ros de aere uenit. quando aquis grauatus De rore
rigore noctis et lune splendore distillat. Si uehementius
frigus est noctis. ros in pruinam uersus. candidior gelu
inalbescit. Nebula fit dum humide exalationes De Nebulae
uaporalitur in aera trahuntur. uel radiis solis ad terram